



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. XXXIV. Cor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXXIV.
DE IIS QUÆ PER HYMANUM COR
ET GENITURÆ VASCULA
SIGNIFICANTUR

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD SEBASTIANUM CORRADUM.

Ecce tibi Cor meum, Cor inde incundissime, cui etiam addidimus genituræ vascula, eaq; mundissimam & pudicissimamq; Cor quidem à meo desumptum, qui summam eruditionem tuam, frugalissimum studium, acutum denique, quo polles iudicium, & multum admiror, & plurimum diligo. Genitura vero vascula, causa tua, à quo fruges tot proficiunt, quibus studiosi omnes avidissime pastantur, quemque hactenus cibum vel putridum, vel adulterinum sepe mandere coacti sunt, tua nunc cultura, tuo studio diligentiaq; valeant jam recenti, maturo legitimoque frui. Neque fructus huiusmodi ex Ciceronianis tantum hortis electi, sed ex totius Latini nominis possessionibus agrisque accepti, quorum hactenus arbores vel teredinitibus, vel erucis, vel visco, vel ulceribus, conductorum plurimum negligentia nescio qua, vitata fuerant, per te nunc perurgate, culta, sarritaque, in pristinam rediere viriditatem, aberrantiam incolumemque fecerunt. Sed quod etiam pertinet ad vascula tam in Divinis nostrorum literis, quam in sacris Ægyptiorum, neque non apud Græcos præterea que à corde desumuntur significata, formis ipsa quoque indicia sunt. Qui cum igitur ego libentius sermocinaver, quam tecum, qui sponte meo tam utilium sermonum tuorum partitionem admisisti, qui clarissimo Egnatio collegam consularem me questuræ tuæ cognitione creari procurasti? Quare mihi videbor non sine magne voluptatis sensu loqui te tam, quotiescumque memor ero, scriptorum meorum, qualiacumque sunt, aliquid à te legi, non id fortasse ingenio & eruditioni tuæ responsurum, aliquod tamen daturum mei erga te animi testimonium.

DE CORDE.

VIRI PROBI SERMO. CAP. I.

UT vero à corde exordiamur, per id ita concinnatum ut illo catenulave suspensum à gutture propenderet in pectus, probi hominis orationem indicabant, ut qui mentiri aut fallere nesciret: sed, uti vulgo dici solet, ea ex ore proferret, quæ corde concepisset: ea scilicet loqueretur, quæ ipse sentiret, omni furo mendacique procul. Hoc ipsum Cicero, toto pectore, de sinceritate loquens, dicit. In pectore enim sedem habere cor, manifestum: atque illud, A-

perito pectore, frequentissimo eorum usu, qui citra fucum loqui se profitentur. A quo loquendi candore Mercurius fuerit *deus* *ὄρνις* appellatus, candidum enim veteres *deus* dicebant. Præterea pectus pro recessu quodam accipitur sapientia. Unde Horatius:

Non tu corpus eras sine pectore.

Et hanc sententiam accipit Ambrosius, quod Apostolus ille, qui ante alios divina sapientia donatus est, ad Christi pectus reclinet in cœna caput.



Cicero 2. de legibus.
Cic. in libel. de amicis.
Pectus cordis sedes.
Hom. Odyf.
v. vers. 49.
Epist. 3. l. 11.
ad Titulum

CON-

A Tque hæc illa est bulla, quæ puerilis ingenuitatis insigne fuit : de qua multa suo diximus commentario. Quoniam vero cordis erat ejus figura, admonitos inde pueros volebant, ut frugalia semper consilia secuti, corde præstare conarentur : Corculum enim veteres pro solerti & acuto dicebant. Et animæ partem rationis participem, Cor appellari solere dicit Adamantius. In hujusmodi significatum accipi locum illi Pauli, epistola ad Romanos : *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*. Quis enim putet quod dicit, *in cordibus*, in membro corporis quod Cor appellatur, tamquam in membrana aliqua legem scriptam intelligi ? unde enim caro tantos prudentiæ sensus concipere vel ostentare posset ? aut tanta memoriæ receptacula continere ? Nam & quod divinæ literæ Cor Dei sæpe nominant, intelligendum ex eo arcanum illud Divinæ sapientiæ, quæ à Patre est : ut Psal. *Eruclavit Cor meum verbum bonum*, innuens filium ejus **JESUM** Christum altæ illius sapientiæ mysterio genitum. Ita Eucherius.

VITA. CAP. III.

T Ta vero in consilii significatum accipi Cor plerumque solet, ut humanæ etiam vitæ rationem præ se ferat, quod ex pernicioso auspicio Cæsaris exploratum. Ille enim quo primum die in sella aurea sedit, & cum purpurea veste processit, valde confertus est cum Spurina Aruspice suo, corde in extis Bovis opini non invento : ajebat enim ille, vereri se, ne consilium & vita Cæsari deficeret : quorum utrumque à corde proficiscitur. Nam Philosophorum omnium consensu, nullum animal sanguine præditum, sine corde & jecore invenitur, qua de re quæstio magna inter eos fuit qui divinationis præcognitionem, ejusmodi profitebantur, potuerint hostia sine corde vivere, an ad tempus amiserit ? quamquam Cæsar id elusisse fertur, audaciorique animo respondisse latiora quædam, neque pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset : quod quidem non semel, sed bis ei sacrificanti, quod meminit Plinius, accidit ut cor in extis non inveniretur. Neque Cæsari tantum non inventum in hostiis, peractum vitæ tempus ostendit, sed & Helvio Pertinaci eo die, quo occisus est sacrificanti, negatur in hostia cor repertum ; & cum id vellet, procurare, caput extorum non deprehendit. Et Theologi nostri secuti Prophetarum dictata, consilium in corde residere dicunt, in eoque agendum omnium radicem statuunt, docente Domino, *in corde esse*, quod coinquinat hominem : & ubi mundo corde, sacræ literæ habent, synceras intelligunt cogitationes. Quaque ratione consilii symbolum est, eadem pro illa intellectus parte, à qua regimur, figuratur, ut illud : *Quare cogitationes ascendunt in corda vestra* : ascendunt, dominantur, primum ita locum asciscunt sibi, ut vestra omnia consilia conculcent. Ita vero facit cor ad animam, qua vitæ nostræ materia est, ut prisci vates illi animæ receptaculum esse Cor significaturi, id hieroglyphice Animæ ventrem appellarint, atque ita intelligendum esse illud apud Hieremiam : *Ventrem meum, ventrem meum doleo*. Hesy chius ait : *Nam quem ventrem ? Ipse subinfert : Et sensus cordis mei conturbati sunt* : ideoque intestina hujusmodi aqua lota offerre admonemur in holocaustum, hoc est, abditas latentesque cogitationes eluere, & diligenter abstergere.


Paulo aliter Sueton. in vita Jul. Cæs. 81.

Hæc à Plin. lib. 1. c. 79.

Hierm. 24.

NILI DILUVIUM. CAP. IV.

Sacerdotes Ægyptii cælum & terram diluvio liquecentes, exundationem quippe Nili, quæ tam à terra, quam à cælo esset, uti alibi disputatum, ostendere cum vellent, cordis simulacrum proponebant, cui lingua esset applicita : ex corde quidem Nilum ipsum intelligentes, qui sua potens vi affluentissimam humoris copiam è terræ visceribus educeret, uti motus omnis à corde principium habet. Sane illi, cordi totius corporis principatum, præfecturam, arbitriumque tribuunt, ac perinde Nilum Ægypti dominum agnoscunt : neque quicquam aliud eam esse, quam Nilicæ alluvionis uliginem profitentur. Per linguam vero confluentes undecumque imbrium eluvies, quas eo quo plurimum



Corde cum Nilo con-scientia

intur-

inturgefcit tempore, in Æthiopia maximas fieri compertiffimum habebant, quibus in Nilum colla-
bentibus cataclyfmo facto, Ægyptum univerfam sub aquis verfari, veluti lingua humore unda-
cumq; ad ipfam confluentem, femper in udo eft, aliquo femper corrivio irrigatur alluiturque. Quo-
niam vero illis fertiliffima rerum omnium ubertas à Nilo eft, rerum itidem caufas omnium origi-
nemque in humorem refererebant, omniumque parentem, omni rejefta controverfia, celebrabant.
Quorum opinionem Thales Milefius fecutus, ex aqua omnia fenfit eſſe, & in aquam viciffim reditu-
ra: principium quippe animantium omnium eſſe genituram, eandemq; humidam ex quo fimile eſſe
veri iudicabat, ex humore oriri omnia: quæ ratio fuit ut maritum Græci potionis nomine nuncupa-
rent, πῶσις enim utrumque horum fignificat. Præterea ftirpes omnes humido aluntur, humido ad
fruges evadunt, humoris autem penuria interim exarefcunt. Solis adhæc ignis fiderumque omni-
um aquarum exhalationibus alitur, quinimo & mundus ipſe, ut præſtantiffimi Philoſophorum aſſe-
verant: quod quidem apud Ægyptios tam perſuaſibiliter receptum erat, ut Solem & Lunam non
curru, ſed navigio uti dicerent, ad nutrimentum ſcilicet & generationem eorum hoc referentes.

Ἄρχω
πῶσις πῶσις
πῶσις ὕδατος
Diog. in
Thalete.

ÆGYPTUS. CAP. V.

PRæcipuam autem Ægypti effigiem ex imagine cordis in
ardenti ara thuribulove confidentis, oftendere conſue-
runt: calida enim ac humida eſt Ægyptus, in Auſtralibus præ-
fertim locis, quemadmodum & cor, idemque in ſiniſtram
hominis partem toto declinat turbine. Alibi vero antarcticas
regiones, ſiniſtras ab eis appellari docuimus, in illis autem
oriri Nilum, in quo ſumma eorum religio, & à quo paulo an-
te omnia proficiſci, ex eorundem inſtitutis dicebamus.
Quod vero pertinet ad thuribulum, Hippon Philoſophus,
ut ex Cratere didicimus, fabula cui titulus πῶσις, cœ-
lum veluti præfurnium eſſe dixit, homines vero carbones.
Sed hæc melius ex Homero declarabuntur: ait is, nullius di-
ſciplinæ quantumlibet remotæ neſcius, Jovem cum reliquis diis, Solem quippe ſtellasque o-
mnes ad Æthiopum epulas invitatos accedere: quaſi velit id, quod paulo ante dicebamus, in-
nuere, hauriri ex udo nutrimenta ſidenibus. Accumbunt vero apud Æthiopes, quia circa Oceani
oram non niſi Æthiopes habitant, quos vicinia Solis, vel diuturna parallelorum mora uſque ad
nigri coloris ſpeciem exurit. Oceanum autem quemnam alium hic intelligamus, niſi Nilum, cui
antiquiſſimum id cognomentum fuit: propterea quod Nilum illi, ut dictum, totius humoris ſor-
tem arbitrantur, Ægyptumq; ipſam ſuapte vi tantam aquarum redundantiam evomere? Erit ita-
que cor Ægypti inſtar, hoc uti ſanguinis, ita hæc primarium totius humoris receptaculum: thuri-
bulum vero convivas ipſos, utpote ſacrificulos, indicabit hoſtiarum ſuper ignem poſitarum mî-
re exhilaratos.

Homerus
Iliad. 6.



ARDENS ORATIO. CAP. VI.

SED cur non potius dicamus, Cor ita in thuribulo poſitum ſignificare orationes, precesve, que
ſpuro ex corde proferuntur ad Deum: idque eſſe thus illud mundum, quod ſibi Deus offerri mandavit
in Divinis literis, ex quo ſcilicet odorem capiat ſuavitatis. In Evangelio Matthæi, ubi Dominus pe-
peram agere Pharifæos inquit, qui non obligare juramentum, quod per altare fieret, arbitrabantur,
ſed quod per donum altari illatū: Adamantius cor hominis inter alia ſignificata idem & altare intel-
ligit, per votum vero recti alicujus operis deliberationē, quod faciendum ſimulac inſederit animo,
oblatum uti votum, interpretatur. Nam & Latini vota alia *Concepta*, alia *Nuncupata* vocant. Priora illa
ſunt, de quibus hic intelligit Adamantius. Quoniam vero multi palam dona hæc eleemoſynarum
precorum, jejuniorum, offerunt corde, tamen ſunt alieni à Deo, hi Pharifæi ſunt, cæcorum duces: qui
quæ exterius perpendunt, quæ vero interius ſunt, minime contuentur: ita per dona jurandum cen-
ſent, non per altare, à quo donis ipſis accidit ſanctitas. Monet igitur Dominus, ut conſideremus cu-
jusmodi

Cor,ibus
mundum.
Matth. 23.

A *iusmodinam ex corde elemosynæ, vel Psalmi, vel preces, vel jejunia offerantur: atque ita qui te-
stem altare, hoc est, cor & conscientiam appellat, per altare jurat, ac perinde omnia quæ continen-
tur in eo, complectitur.*

COELUM. CAP. VII.

Plutarchus hanc cordis effigiem subiecto in foco succensam, cœlum indicare contendit, ani-
mumque illum, qui propter æternitatem nulli unquam senectuti obnoxius est: Et Apulejanus *Egyptus
cœli imago,
& mundi
templum.*
Trisnegistus ab Hippone non admodum diversus, Ægyptum cœli agnoscit imaginem, iisque omni-
bus æquiparari, quæ in cœlo gubernantur exercenturque, & si dicendum sit verius, terram eam to-
tius mundi templum esse. Quinetiam invenias apud nonnullos, universum terrarum orbem in Divi-
nis literis nonnunquam Ægypti nomine nuncupatum, ut eo Psalmi loco, *Veniunt legati ex Ægypto,*
propterea quod universam terram eodem, quo Ægyptus, modo coagmentatam imaginentur.

CLIBANUS.

CONSCIENTIA IGNE EXAMINATA. CAP. VIII.

F *Acit vero ad hanc cordis significationem Clibanus, in Divinis literis passim propositus, cui cor
hominis aptissima confertur similitudine, de quo tam frequens in Mosaicis libris, & Prophetarum
aliorum oraculis mentio reperitur, sive per similitudinem, sive fit pro instrumento sacrorum posi-
tus: Clibanus enim præfurnium est apud Latinos: per ejus figuram interpretes cor hominis, uti di-
ctum superius, intelligunt. Nam quædam Deus apud majores nostros, veteres inquam Prophetas,
apponi sibi vult Clibano cocta, hoc est, tacita mentis agitatione examinata: cum scilicet nos erroris
penitet, conscientia nostra ardore quodam occulto intra se succenditur, utrumque ipsa suum pau-
latim exurere contendit.*

SACRORUM ARCANA. CAP. IX.

A *Damantius putat ex Clibani forma, quæcumque in Divinis literis profundiora vel inenarrabi-
lia sunt significari: quippe quæ recondita delitescunt in sensu mentis, neque facile ad imperitum
vulgus proferrî possunt: sunt enim multa hujusmodi, sicut de Camelo, & Sue, & altero quidem ru-
minante, sed qui pedem integrum habeat, altero vero bifidam pro se ferente unguam, sed qui mini-
me ruminet. Ita etiam de Adamo, per Evam astu Serpentis deceptam, in prævaricationem adducto,
quarum historiarum mysticum significatum locis suis exposuimus ex Philone apud Ezechielem, ut
ad Adamantium revertamur, quæ de Cherubino, vel de Deo media sui parte succenso, vel de admi-
rabili illa visione, sunt literis demandata, nisi coquantur in Clibano, neque quidem mandi, neq; de-
vorari, ita ut sunt cruda, poterunt: hoc est, ut cruditatem hanc interpretemur, nisi qui latet interius
sensus divini calore ignis molliatur, excocetque: ita cibus fiat, ut mandi possit, & ad nutrimentum af-
sumi, aliquid semper occurfabit, asperitate sua difficile, quod ab eorum gustu mortales avertat. Osee
dictum est: *Corda eorum sicut Clibanus incaluerunt,* quod longe feciore à superioribus sensu tunc fie-
ri intelligendum est, cum vitiorum ardor cor ipsum interius exurit: quippe cum mortales flagranti
cupidine incensî, suam ipsimet perniciem affectantur: in medio enim hæc posita sunt, utrum res ad
sacrificium coquere, an exurere potius inutiliter velimus. Atque ita Clibanus varia interioris affectus
habet significata, proque sensu mystico figuratur. Minime vero prætereundum videtur, quod Hiero-
solymitanus Hefychius hieroglyphice super Clibano philosophatur eo Levit. loco: *Cum autem ob-
tuleris sacrificium cœlum in Clibano de simila.* Nam per Clibanum Mariæ virginis uterum significari
tradit; Clibano enim ignis superponitur, qui supponitur in craticulæ ministerio. Veluti enim Cliba-
nus & ignem & panem coquendum de super accipit, ita Dei genitrix Spiritum sanctum, & Dei verbum
in utero suo conficiendum maturandumque suscepit, & quæ multa in hanc sententiam profequitur.
Est vero Clibanus, tum furnus, tum sartago, aut testa quædam grandior, operculo vel ferreo, vel ex
ære præmunita, supra quod ardentes prunæ ingeruntur: ut quod intra positum est, coquatur, con-
diaturque; alicubi totum hoc opere figulino conficitur. Ad hujus autem similitudinē formata est pe-
ctoris*

floris concavitas, per quam spiritus ultro citroque comseat. Columella scrobem Clibano similem fieri monet, ut imus quam summus sit patentior, quo radices latius evagari possint. Ex hac itaq; forma nonnulli Prophetarum scripta Clibano familia dicunt, quæ plus habeant in recessu, quam ore summo polliceantur,

DE SARTAGINE. CAP. X.

Est & Sartago ab hieroglyphicis hujusmodi non absimilis: nam eodem pene significato sacrificium Deo facturi, quædam in sartagine frigere jubemur.

RESIPISCENTIA. CAP. XI.

Clibani & Sartagine differentia.

Ea tamen differentia, quod in Clibano tacite conscientie stimulus adurit, in sartagine culpam agnoscimus, eamque nosmetipsos incusando ream facimus, quasque mereri nobis videmur penas, ultro deposcimus, & modo hunc, modo illum errorem sollicita repetitione versantes animo, que satisfaciendi ratio nobis reliqua sit, agitamus. Alii rem eo tradunt, ut Prophetarum oracula toto mentis ardore versanda submoneant: inde enim fieri, ut repetita sapius, & inter se conglobata, facile intelligi & explicari possint: ut hinc eam saltem quæ ad mores pertinet doctrinam assequamur. Alio vero modo sartago apud Hesychium accidit pro cruce Christi: siquidem cibus, qui prius ineptus erat ad mandandum, simulatque sartagini fuerit incoctus, mandati potest: ita corpus Christi antequam pateretur, si foret esui exponendum, ut ipse de se saepe futurum agebat, abominabantur humane aures, respondebantque omnes: *Durus est hic sermo: quomodo potest hic corpus suum apponere ut manducetur?* Post crucem vero patefactum est, id divino munere dispensationeque fieri posse: nam totum illud mysterium in Christi passi commemorationem institutum est.

Joan. 6.

DE CRATICULA. CAP. XII.

Craticula tota prorsus Hebræorum esse videtur: sed enim Cyrillus hieroglyphicum in ea agnoscit Ægyptiacum.

IRA. CAP. XIII.

At enim eam subiecto igni, & corde superimposito, furoris & indignationis apud sacerdotes Ægyptios indicium fuisse, ut ex eo scilicet cordis bile succensi exardescentiam ostenderent.

POENITENTIA. CAP. XIV.

Pœnitentiæ vera indicia.

Nostri hoc sanctius intellexerunt, qui Craticulam pœnitentiæ signum posuere (liceat vero nihil Theologorum dictata sectanti, eorum interdum vocabula usurpare) non tamen hinc tacitam mentis exulcerationem intelligentes, sed amaritudinem conscientie minime simulatam, manifestissimis vero conspicuam argumentis: quippe ubi luctu, lacrymis & lamentatione conficimur ob ea, quæ nequiter, improbe atque inique patrauerimus: unde mox fletus ex intimo cordis fonte prorumpens carnem maceret, jejunia debilitet, abstinentia comminuat, atque arefaciat. Hæc enim est illa in propatulo posita sui conflictatio, quæ succensos divini amoris igne carbones omnibus ostendit, exemplumque aliis præbet, qua se quis ratione possit abnegare. Hinc nonnulli quos ardens irrat ad æthera virtus, non flagrantem modo animum præ se ferunt, verum & corpus ipsum tormentis obiectare non dubitant. Talis olim pientissimus Laurentius fuit, qui dum edaci corpus igne torretur, longe magis animo in ipsius Christi amorem accendebatur, sacrificiumque Deo sanctum & immaculatum interius cor, exterius corpus, in vera craticula ustulatus offerebat. Neque tamen sum nescius Adamantius hæc, quæ de craticula dicta sunt, ad Divinæ lectionis inquisitionem adducere: cum ea scilicet ardenti studio consuetamur, quæ nullo obtecta velamine unicuique sunt intellectui pervia, cujusmodi scilicet est sensus, quem Historicum Theologi nominarunt. Quæ vero ratione craticula Christi mortem & resurrectionem significare possit, apud Hesychium videndum, Levitic. 11. eo loco: *Si autem in craticula fuerit sacrificium.*

Di. Laurentii martyrium.

A Ex eo autem, quod cor in abcessu pectoris latitat, & intra præcordia se reducit, Divinæ literæ cor plerumq; rerum receptaculo, ubi hæc in diuturnum tempus asservandæ reponuntur in occulto, per cordis effigiem exprimere consueverunt. Unde in sepulcri etiam significatur cor accipiunt. Christus enim Evangelio manifeste sepulcrum Cor terræ nuncupavit: Sic erit, inquit, Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Matth. 12.

CONCORDIA. CAP. XVI.

Nequè vero me pigeat juniorum etiam inventum antiquis his subtexere, qui commenti sunt in concordia significatum duo corda vinculo colligata figurare, quod à corde vocabulum, non à citharæ chordis deducium existimarunt.

DE SPINA DORSI. CAP. XVII.

Ossa quinetiam & nervos aliquot Ægyptii inter hieroglyphica retulere, cujusmodi os illud est, quod à summa cervice multis distinctum internodiis per univèrsam dorsum excurrit.

TITILLATIO. CAP. XVIII.

Per ejus enim picturam, nequitiam petulciorem concitatamq; titillationem significabant: siquidem humanam genituram à cerebro delabi, perque id ossis defluere, non Ægyptiorum modo, sed multorum etiam aliorum opinio fuit: Alcæonius vero præcipua, quam una cum Hippocrate Poëtarum aliquot auctoritas confirmavit. Sentire hoc ipsum Plato videtur, dum semini vim vertebralis ossis defluvium esse tradit. Hinc Maro:

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor.

Æneid. l. 4.

quod ad Anaxagoræ ὀμοιομορφίας nonnulli referunt, cujus opinionem Lucretius acriter incescit, quod putarat is:

C *Ossa videlicet ex pauxillis atque minutis* *Visceribus viscus gigni sanguemq; creari,* *Genitura*
Ossibus, & sic de pauxillis atque minutis *Sanguinis inter se multis coeuntibus guttis.* *humana*
Democritus eam ex totis pro dire corporibus, præcipuisque eorum partibus velut carnolis, fibres, & ossibus, arbitratus est. Cæterum Philosophorum & Medicorum plurium diligentia fecus rem invenit, qui genituram minime esse ossis ullius medullam, sed sanguinem potius asserunt: quibus Pythagoras etiam ad stipulatur, dum eam probatissimi sanguinis spumam esse contendit, ac alimenti nutrimentum. Hujusmodi porro sanguis ab hepate ad renes immittitur, per meatus inde ad id aptos flexuoso quodam tramite ad testes dilabitur, quod in dissectionibus apertissime compertum est. Unde Anchises, apud Maronem, paterna impulsus charitate clamat:

Projice tela manu, sanguis meus,

Æneid. l. 6.

Quod ad imitationem Pindari dixisse videtur, qui Nemeis ita, *ηλαυγες ἀργεε Φέγγει αιαιδιαν αυτοψεν εστουρον γδ αιμα.* Quidam Philosophorum rerum venerearum libidines in jecinore contineri arbitrati sunt, quod à Lactantio quoq; memoratur lib. de Artificio. Et Mathematici jecur à Venere regi autumant, in quoque amoris sedem Poëta omnes agnoscunt, dum Cupidinem jecur sagittis appetere ulcerareque conqueruntur. Atque ita v. 11. Proverb. Salomon: *donec transfigat sagitta jecur ejus.* Verum aliud est concupiscere, aliud commoveri ad procacitatem: alterum enim mentis, alterum corporeæ munus est vivacitatis. Quæ vero ad jecur pertinent, in Vulture satis examinata sunt. Sedenim cum renes ossi, quod supra posuimus, adhærescant, non imperite figmentum hoc suum Ægyptii commenti sunt: nam & Astronomi renes & genituram in Veneris potestate constituunt. Renes ait Varro ita dictos, quasi rivi ab his obsceni humoris oriantur. Quod vero & lumbi eidem ossi adjacent, Ægyptii per lumbos Venerem innuebant: hinc apud Comicos & Epigrammaticos Poëtas, ubi quid lascivius enunciandum fuerit frequens adeo de lumbis mentio: dum fluctuantes eos alii, alii exportatos, alii aliter dicunt. Tangit & Persius hoc, ubi lascivorum Poëmatum recitationem incescit, dicens:

Lumborum
varia signi-
ficata.

Psal. 38. *Cum carmina lumbum intrant, & inferius: Summa de lumbe salvia.* Habemus & in Sacris concentibus, usque ad noctem renes increpuisse, & impletos illusionibus lumbos. Et Genes. xxxv. *Reges de lumbis tuis egredientur.* Præterea ubi Paulus de Levi ad Hebræos scribit: *Adhuc enim ait, in lumbis patris erat, quando obvius ei factus est Melchisedech.* Neque tamen inficias ierim, aliquot Divinarum literarum locis Lumbos poni pro Virtute, ut xvii. cap. Regum tertii, qui tamen apud Hebræos primus inscribitur, ubi Roboam seniorum spreto consilio salutari, adolescentiorum, in quorum adulatione fuerat educatus, animos prætulit, qui ferociores erant: suaserunt enim illi ut rex juvenis & imperius rerum, fortem se atque terribilem populo ostentaret, & ita loqueretur ad eos: *Minimus digitus meus comparator est lumbis patris mei.* Quo responso amaritudinis pleno factum est, ut statim à tribus decem defertus fuerit, regno quod pater auxerat, ad duas tantum tribus imminuto. Quamvis vero Divina literature lumbis plurimum tribuant, ubi de genitura virili circumfusa, carnem ipsam fieri. Sed quod alicubi *Lumbos*, in vulgatis habetur editionibus, Symmachus vertit, *Latom*, sed eodem utrumque significato, concupiscibilis animæ pars signatur: juxta enim latera renes sunt. In lumbis sane maxima, ajunt interpretes, esse solet incitatio ad concupiscentiam, adversus quam renes nostros & cor nostrum aduam, in sacris adorationibus suppliciter imploramus: quippe ut & naturali appetitui, & voluntati simul obistere valeamus. Hac de causa dicebat Apostolus: *State præcincti lumbos vestros vero tamen cingulo,* hoc est, voluptate ea, quæ vera sit, quæ scilicet à castitate & continentia oritur, quod dubio procul est à Domino desumptum, ubi præcinctis nos jubet esse lumbis. Nam & apud Romanos, *Cinctus*, armatum strenuumque significat, ut *Discinctus*, contra imbellum & effeminatum. Jam & hostiæ renes ignibus traditi; dubio procul significant genitalium partium ardores extinctos esse, quique omne quod pingue est de renibus & omnibus interioribus obtulerit, tunc vere purgatus omni libidinis vitio, pro delicto hostiam jugulaverit. Sed quoniam hæc in Divinis literis & sæpe & multipliciter habentur, non importunum fuerit, quod ad hanc sententiam facit, locum ex Levitico repetere, ubi de sacrificorum sacrificiis agitur: ubi sane Legislator jubet duos renes cum adipe, quo teguntur illa & reticulum, sive ut alii edunt, fibras jecoris cum renunculis, adoleri super altare in holocaustum: ex his, ut ait Hierosolymitanus Hefychius, Legislator vult nuptiarum desiderium offerri Deo, ut proli causa, non fornicationis, provenia & honorabile sit conjugium, & torus immaculatus. Jungit vero jecur renibus, quia delectatio sive concupiscentia in eo sedem habere fertur, hepate vero in renes vim operationis suæ ministrante, quod per desiderium quam Græci *ἡθυμία* vocant, motum fuerat, ad desiderium effectus concitatur, quæ duo simul adolenda sunt: ut scilicet neque prava nobis proponamus, & si quo modo suggerantur, abolere festinemus: & ut verbis utar Hefychii, quæ a in hyatocupiscentiæ requiescere putantur: propterea pinnam, hoc enim ex LXX. desumit, hoc est, summam tatem cum renibus auferri recipit, & offerri ad altare, ut ab omni mala delectatione mundemus scientes quod primitiva cogitationum nostrarum Deo necesse habemus offerre. Demum, ut à genibus quoque arma nobis mutuemur, Poeta venustus in hanc sententiam ait:

Ovidius.

*Principis obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.*

TEMPERANTIA. CAP. IX.

Nimirum in Sacris nostrorum literis id erat temperantiæ signum, quod in salutari victima lumbos eximi mos erat, tamquam impuros, ait Philo, propter concitandæ libidinis titillatum, semine per eos irriguo. Divino autem præcepto lumbos præcingi jubemur, cum sacra illa solemniter ferimus, quæ tunc temporis instituta sunt: cum exeuntes ex Ægypti captivitate, hoc est, ex voluptatum & deliciarum illecebris, Agnum, hoc est, puritatem edere admoneatur, & in castimonie convictu discumbere. Apud Nilum autem hujusmodi lex de temperantia lata est, qui, ut Ambrosius, Geon est, unus

A untes ex quatuor Paradisi fluvius, qui virtute hanc significare dicitur: de quo satis in Accipitris commentario disseruimus. Quod vero de vasculorum perplexitate dicebamus, admittit id etiam Aristoteles, qui testes libramenta quædam esse dicit, quorum beneficio semen ad penem commodè labatur: neq; id semel asseruit, dum eorum aduersatur opinioni, qui testes solos genitura receptaculum putant. Innititur verò is exemplo Tauri, qui jam exæctus Vaccam impleverit. Quemdam etiam, ait Albertus Magnus, eviratum, prolificam in coitu operam navasse, licet Galenus ab Aristotele diversus eat, testesque omnino seminis receptacula esse contendat. Quinetiam A veroës in hoc à suo dissentit Aristotele. Quibus responsum fieri posset, si testes in hunc usum à natura tributi essent, animalibus utiq; omnibus id officii subministrarent, neq; ulla esset absque illis propagatio: secus vero plerumq; reperit, ut quæ recitavimus exempla testantur. Cadunt igitur causa, qui solis, quos oggerunt, testibus innituntur. Ab hac spina cauda exit: ea curta, in Divinis literis ostentat eos, quibus nulla de futuris cura, qui diem novissimum futurumque Dei iudicium asperrantur, qui subinde dicunt, *Edamus & bibamus. pereat qui crastina curat: cras enim forte moriemur, quia mors aurem vellens,*

B *Vivite, ait, venio.* Est enim cauda pars corporis extrema.

At testes soli, causa genitura.

DE PUDENDIS. CAP. XX.

Pudendorum significata his adungere necessarium est. Nam vetustas illa, ut minus vitiosa fuit, ita simplicius apertiusque de unaquaque re philosophata est: neque erat tunc temporis in humano corpore quicquam, quod vel visu, vel nuncupatione sua, turpe iudicaretur. Pravis vero moribus succrescentibus, multa decernenda fuere tam factu esse, quam dictu turpia, ut qui rebus suis modum præscribere nescirent, ipsius saltem turpitudinis infamia abstererentur. De antiquissima igitur disciplina dicturus, quæ ad significationem figuræ illius, quæ tam visu, quam dictu obscena iudicatur, pertineant, veniam mihi dari postulo, ac in eam hæc accipi partem cupio, propter quam & prius excogitata à veteribus illis fuerunt, & à me nunc in communem usum propalata: eo quidem consilio, ut hæc illis scriberentur, qui sanctius instituti, rerum viscera & intimas medullas, non verborum superficiem, examinarent.

MAGNANIMITAS. CAP. XXI.

Esto igitur prima pudendi virilis significatio, quæ tot columnis incisa, tot obeliscis notata, tot aliis veterum monumentis insculpta, magnum & erectum viri fortis animum ostentare. Extant adhuc columnarum frustra aliquot in Sesoistroos memoriam erectarum, quæ literis Ægyptiacis incisa sunt, in quibus utriusque sexus naturæ insculptæ conspiciuntur. Sesoistrem enim hunc Theopompus libr. iii. appellat, quem Sesonchosin aliqui nominarunt: qui scilicet Ægypto regnavit universa, imperiumque in Europam protulit, de quo apud Herodotum multa. Ubi igitur in columnis aut obeliscis ab eo positis virilia pudenda conspexeris, bellicosos, strenuos, & magnanimos viros armis ab eo superatos intelligas. Nam & conjectorè, mulieres, quæ virum & liberos habeat, si commutatam se in marem somniaverit, viduam brevi futuram conjiciunt, atque ita viri numeribus functuram: quæ vero liberos non habeat, mares parituram: quæ virgo sit, futurum ut primo quoque tempore matrimonio elocetur. Ita semper ea humani corporis pars aliquid indicat, quod ad negotia virilia pertineat.



Artem. l. 2 cap. 47.

Artem. lb.

Vicit armis strenuus, Sicut fama inertes.

Macro. Sa- tur. l. 5. c. 9. H. m. Iliad. ἀμασιόων ληθηες ἀχαίδες ἢ ἐτ' ἀχαίοι. Euri. lib. 9. Harat. l. 2. Epistol.

Ubi vero in monumentis iisdem muliebria videris incisa, argumentum est, imbelles, molles & inertes homines ab eo subjugatos, cujus nomen, vel nota superposita fuerit. Ad quod dubio procul respexit Homerus, cum Thersitem Græcorum pusillanimitatem increpantem his verbis inducit, καὶ ἐλαχὺς ἀχαίδες, ἢ ἐτ' ἀχαίοι. Id quod ad Numanum sese & sua gloriose jactantem non invenuste transtulit Maro, dum eum, ὁ Phrygia (neg, enim Phryges) in obsessa Trajanorum castra dicentem inducit. Alibi virorum negotia præscribit, ut hi bella pacemque gerere deberent. Et Horatius virilem Cleopatraz animum obstupescit, quæ generosius perire quærens, enssem haudquam muliebriter minus expaverit. Apud eundem Tyrtaus Poëta non mulieres, sed mares potius animos in Martia bella verbis exacuit. Ovidius quoque in Enochum, cum militem virum esse debere assereret, *Ista mares trahant*, dixit, *tu spes deponere viriles*. Ad hæc Onirocritæ dicunt si princeps quisquam in fœminam se degenerasse per nocturnam sit imaginem arbitratus, futurum, ut loco deciciatur: propterea quod mulieres plurimum imperiis virorum subjiciuntur.

INNOCENTIA. CRIMEN. CAP. XXIII.

Quid per Masculum & fœminam in divinis significetur.

Non est hoc loco prætereundus sacrificii veteris mos, ubi per Masculi vocabulum, infantem, & nulla criminis macula notatum intelligi debere autumant Theologi: per fœminam vero, crimen. Cyrillus enim Levitico, homilia prima, sive ea sit Originis, ubi agitur de Vitulo masculino sine macula offerendo, masculum ait intelligi, qui peccatum ignorat: propterea quod fœmina sit peccati symbolum. Labilis enim, mollis, & ad delinquendum ptoelivis admodum est mulier. *Masculum viget sit munus quod Deo offert*, hoc est, muliebri nil habeat, concupiscētia vacet, fragilitatē aufugiat, nihil molle, nihil dissolutum meditetur. Et Masculi denique nuncupatio in Divinis literis virum indicat virtutibus perfectum, qui præsentī fortiq; animo semper est: cum mulier contra tantæ infirmitatis, ut Salomonis Sapiētia dixerit, *Melior est iniquitas viri, quam mulier benefactions*, Et mares tantum stirpis Aaronæ jubet Dominus vesci sacrificato: quia scilicet non omnium est de Deo disputare, sed eorum tantum qui nihil fœmineum, nihil fluxum in cognitionibus habeant. Demum, ne de Deo disputare præsumamus, quamdiu per quasdam declinationes diffluentes, vel domesticas curas, vel inania negotia, à Masculorum dignitate vigoreque exciderimus. Similiter in victima peccati, Masculus tantum de genere Sacerdotali vescetur carnibus ejus: *ad penitentiam enim forti opus est sensu*, ait Hefychius, *& intentione virili*. Cui Psalmographus ita succinit: *Viriliter age*, vigoremque audacter amplectere, & in quamcunque provinciam te delegaverit Dominus, eam & alacriter suscipe, & non ingnaviter administra. Porro Vir qui testiculos avulsos habeat, in Divinis literis hieroglyphicum est hominis qui vitam prius pie sancteque institutam habuerit, juventutemque omnem bonis operibus exercuerit, ingravescente vero ætate ad nequitias & inquinamenta declinarit. Nam cum testes, uti superius ostensum est, virtutis indicia sint, evitatio mollitiem dubio procul & fœminationemque significat, ipso se vocabulo prædente. Vel, ut Hefychii sententia est secuisse, ille abstulisset; sibi testiculos videtur, cujus impius animus scelerataq; mens timorem Domini, veramque abjecerit pietatem: perinde ac si crudelis manus semet ipsum absciderit, hoc est, sese à Dei conjunctione, quæ sita est in virtutibus, abstulerit, & bonæ frugis prole fœtificationeque privaverit, quippe abjecto signo per quod vera virilitas in homine cognosci possit.

ERGA PARENTES INGRATI.

CAP. XXIV.

Aniquorum autem religione institutum fuit, Gallos, æviratos quippe Sacerdotes, Deum Matri ministra-



A re, perpetua ejus servituti addictos: quod qui patris, matrisve nomen violaverint, eo supplicio damnandi viderentur, ne possent ipsi unquam fieri parentes, in qua sententia fuisse Lucretium, hæc ejus carmina declarant:

*Gallos attribuunt, quia numen qui violavit
Matris, & ingenti genitoribus inventi sint,
Significare volunt indignos esse putandos,
Vivam progeniem qui in oras luminis edant.*

Lib. 2.

COELI FOECUNDITAS. CAP. XXV.

Quæ vero de Cœli pudendis à Saturno falce abscisis, & in mare dejectis veteres fabulati sunt, sententiam præ se ferunt à Divinis literis non admodum alienam: Deum quippe omnium rerum species conformasse, moxque præcepisse, ut conjugio quæque suo crescerent, replerentque terras: id quod & plerique Philosophi dixere, rerum semina cœlitus delapsa tempore quæque suo coaluissent, inde ad eas propagandas naturam usum Veneris indicasse. Jam & Osirim Ægyptii suum (de quo sæpe alibi) humana effigie pudendis obscenius excitatis faciebant, inde generis nostri causam (Sol enim Osiris) & per quem capite gestabat calathum, educationis beneficium significati.

Unde Ovid in Ibin.

Saturnus ut illas.

Subsecuit partes, unde creatus erat.

Marc. Sat. lib. 1. c. 17.

MERCURIUS, VEL EFFICAX SERMO.
CAP. XXVI.

Sermonis efficaciam, persuadendique vim ostentare veteres si voluissent, Mercurii simulacrum grandiori jam ætate, barbatur, & effæto propemodum corpore, naturam tamen obscenius excitata, eaque tantum parte validissimum faciebant: cujusmodi signum Cyllenis fuisse Pausanias tradit, atque eo sigillum ea specie æneum apud Fabium Calvum Ravennatem, Romæ vidi, cui quidem signo, præter hæc vestis erat suffarcinata, in cujus sinum poma, foetura scilicet indicium, condebantur: nempe quod sermo, cujus omnino symbolum est Mercurius, in grandiori provecutione ætate vim quandam propemodum generandi, transgredientique aliquid habeat, ut quod in consultatione propositum est, deliberet, persuadeat, ac omnino conficiat.



Sigillum Fabii Calvi Ravennatis

Artem. l. 1. cap. 47. Artem. lib.

Artemidorus Onirocrita scribit, se quoque Cyllenis vidiſſe Mercurii simulacrum, cujus species non alia erat, quam pudendi virilis effigies: eaque de causa Conjectores super sermone disserunt, quæ quis per ejus partis imaginem somniaverit.

INVETERATA NEQUITIA. CAP. XXVII.

Addi solida est Hermis hujusmodi vestis longo syrmate tracta, quorum quidem similitudinem Theophrastus Eresius in homines nequam & intemperantes detorquebat: propterea quod syrma, ventrem, pudenda, & barbam tantum haberet: ita illi vestem traherent seminarum more, ventri dediti essent, atque libidini, nequitiam in ætatem etiam grandiore[m] producerent, cum vitia quadam, ut Satyricus monet, cum prima sint barba resecanda.

SERMO INANIS. CAP. XXVIII.

Inanem vero sermonem ostendere volentes, Mercurium eundem juniori specie ac prorsus impuberem cum effinxissent, attracta illi pudenda vel deficitia faciebant: in his enim qui nondum ex ephēbis

ephebis excessissent, infœcundam & imperfeciam esse orationem animadvertent: utpote quod ætas illa ad prudentiam nondum esset idonea. Hujusmodi vero signum vidi Neapoli in magnificientissimis Mactaleonum ædibus.

PROVENTUS. CAP. XXIX.

Quin & nominis etymologia indicat Priapum esse semen.

Libidinis frenum.

JAM & Priapi simulacrâ in hortis statui ab antiquis solita, nē multum in his immoremur, proventus qui depolceretur significatum habebant. Ea vero de causa fieri consuevit, ait Varro, quod horti omnes in tutela sunt Veneris, quæ totius est generationis Dea.

CONTINENTIA. CAP. XXX.

FRÆnum libidinibus atque nequitia impostum & imponendum esse, admonere cum vellent Ægyptii Sacerdotes, genitale viri manu cohibitum atque coërcitum pingebant: quippe hominis continentiam eo gestu describentes. In appendicibus utique ad Virgilianum opus adjectis, cuiuscumque illi fuerint joci, sapienter quidem compedibus Venerem constringendam invenies, quantumque natis Creandis serviat adeundam, ut corruptum ibi locum ex Laetantii Firmiani lectione corrigamus: ita enim apud eum legas:

*Vina sitim sedent, natia Venus alma creandis
Serviat, hos fines transiisse nocet.*



D. Laerti in ejus vita. Continetia Anacharsis & Alexandri Magni.

Approbesque interim eorum fortitudinem, qui potius excastrari voluerint quam illicito coitu contaminari, cuius facti fidem apud Cyprianum & Origenem quaerito. Præcipuum autem illud in Christianorum institutis præceptum ponit Eusebius, *γασ εἶς τῷ ἔργῳ τῶν γασ εἶς ἡ ἀρετῆς, ventrem quippe, quæq; sub ventre sunt, coërcenda.* Sanè Anacharsis Scythia convivio acceptus apud Solonem, ut mox decubuit compositus, ut una manu pudenda, altera vero os obfignaret, palma ad id appressa daturus quippe per hujusmodi gestum, continentia atq; silentii monumenta. Eam vero toto vitæ tempore continentiam à deliciis omnibus alienam secutus est Anacharsis: quare statuis ejus inscriptum erat, *Γλώσσῃς, γασ εἶς, αἰδοῖσθαι ἡ ἀρετῆς*: quippe, *linguam, ventrem, mentulam compescit.* Nam ille nimirum ante omnes probus est, qui tribus his egregie sibi temperarit. Neque vero parvam hujus continentia laudem meruisse videtur Alexander Macedo, cui adhuc juveni cum puella, noctis bona parte peracta, deducta esset, ut cum eo dormiret, quaerenti Regi tarditatis causam, respondit illa, expectasse se donec maritus cubitum iret: commotus Alexander ministros acriter objurgavit, *Roduce*, inquit, *hanc: parum enim absuit quin vestra culpa factus fuerim adulter.* Quin & captivæ Darii puellas quanta integritate servaverit, ignorat nemo. Exempla hæc adolefcens, ætate servidus, deliciis affluens, adulatoribus undiq; circumseptus, sponte præstitit, ut nos qui monitis dubio procul sanctioribus eruditus sumus, aliquando cogeret erubescere.

Plutarch. in Alexandri vita.

VENUS VERECUNDA. CAP. XXXI.

NON defuisse vero unquam qui verecundiam adamarent, tot Veneris simulacra in antrum abdita, de quibus alibi meminimus, indicio esse possunt. Adhæc, juxta Mantineam Nigræ Veneris facellum apud Meliastis fuit: ad verecundiam quippe, qua præditum esse debet humanum genus, indicandam. Reliqua enim animantia die plurimum & in propatulo, homines vero & clam & plurimum noctu liberis dare operam solent. Simulacri hujus meminit Pausanias lib. vii.

EXTINCTA LIBIDO. CAP. XXXII.

Herus & Leandri scabula sensus.

APud Ægyptios genitalia à Titanibus defecta, & in fluvium demersa comperias, quod libidinis ardorem extinctum, aut extinguendum esse, mystico eo sacro intelligendum. Græci Herus & Leandri

A Leandri fabulam commenti sunt, ut extincto lucernæ lumine, calore quippe naturali deficiente, juvenilis quoque concupiscentiæ ardorem extingui significarent: atque ita tam marem, quam feminam gelida senectutis procella exagitatos in aquas immergi, ac deniq; suffocari. In sacris nostrorum literis sententia huic fabulæ non abfimilis de flore amygdalæ, de locusta & cappari habetur, quam loco suo satis explicamus. Neq; tamen illud contemnendum, quod Græci extinctos compressosque nequitie stimulos à viro forti, hoc est, virtute, prædito judicare volentes, Antæum illum suum Terræ filium ab Hercule collisum fingunt: nihil enim aliud est Antæum à terra procul sublatum enecare, quam à libidinoso tactu manus & mentem procul amovere.

COELESTE RERUM OMNIUM PROMPTUARIUM. CAP. XXXIII.

Panos urbs in Agypto fuit, in qua hujus etiam dei colossus visebatur inguine procaciter extento, qui flagellum in Lunam à dextra ejus sitam attolleret, Pana enim illi ad Lunæ simulacrum addere voluerunt: quod omnia mortalium usus necessaria putarent à Luna suppeditari. Sed quid hoc sibi vellet argumentum, facilius ex Cabalisticæ disciplinæ significationibus eruemus. Ajunt enim ejus mysterii sapientes, omnem siderum vim, quæ rerum procreationi comparata sit, in lunare prius corpus infundi, tanquam in penum aliquam promptuariam: mox illam pro rei uniuscujusque materia formam unicuique; suam fideliter erogare, idq; sibi velle videtur in Panos manu flagellum, quasi accepta eo gestu doceat expendere.

SOL. CAP. XXXIV.

IN Suidæ collectaneis legas Priapi simulacrum, quem Horum Agyptii esse dicant, læva penem arrectum continere, dextera sceptrum disco & penis insignitum, quæ omnia Solis vim ostendent: ex genitali siquidem obscœnius attræctato significari ajunt, quæ abdita sunt in visceribus terræ semina, vi solis erumpere: per sceptrum vero imperium, quod in cœlestibus & terrestribus gerit, cujusque opera & terra & mari patefacta, sese mortalibus exhibuere, ususq; & commoditates rerum omnium subministrarunt. Discus, orbem quo circumfertur indicat: penæ vero, velocitatem, totius cœli ambitu quatuor & viginti horarum spatio quotidie decurso. Sic illis philosophatum est temporibus, ut rem tam feriam, & omni modestia & verecundia tractandam, ad nequitie turpitudinisque imaginationes traherent. Sic Judæi quoq; Beelphegori nonnunquam initiati sunt, ignominie quippe simulacro, quem Priapum Latini vocant, Moabitarum de more ferentes sacra, gravissima contra se numinis Omnipotentis iracundia concitata. Sic Athenarum eruditio, arcanaque mysteria univèrsam orbem eluserunt. Atq; huc demum in Eleusynæ Cereris sacris tormentum illud cæremoiarum, ad occultas portas diuturnior mora, linguæ obfignatio, & tot habituum & ornatuum, quot Apulejus enumerat, varietas tendebat, ut posteaquam per quinquennium anxii anhelabundique magni alicujus oraculi cognitionem expectarant, & rei cujuspiam divinæ majestatem quandam, diceret Tertullianus, se viros conceptissent, sub naturæ significatione simulacrum virilis membri tot integumentis tam diu coopertum, revelatum tandem intuerentur, quodque quotidie ad naturæ requisita non semel tangere cogerentur, vidisse se pictum aut sculptum, sub religiosissimi jurisjurandi prohibitione profiteri vetarentur. Quodq; longè magis ignominiosum est, huc Philosophi, huc Principes, huc ipsi Romanorum rerum domini Augusti, levitate nescio qua pellecti, perhibentur.

DE UMBILICO. CAP. XXXV.

Quoniam vero umbilicus quædam communia habet cum genitalibus, exigit locus ipse, ut quæ partis ejus significata sunt, explicantur.

PATRIA. CAP. XXXVI.

Umbilici significata alii alio modo acceperunt: sunt enim qui Jovem, sunt qui medium, sunt qui finem, per simulacrum ejus intelligant. Jovem quidem ex umbilico significare videas apud Cur-

Curtium lib. vi. cujus effigies smaragdo & gemmis aliis coagmentata erat. Et hoc idem indicat mu-
mus, quem apud clarissim. patritium Venetum Stephanum Tepolum vidi, cujus inscriptio est,
ΣΒΑΕΤΚΕΩΝ ΠΕΙΡΙΑΣ ΖΕΤΣΕ, ibi enim quædam hujusmodi species habetur. Medium ve-
ro, ut qui dixit Delon orbis umbilicum. Finem, Martialis, cum scripsit:

Mart. lib. 4
Epig.
Artem l. 1.
cap. 45.
Quia in u-
tero infans
ab umbilico
alimoniam
capit.

Jam pervenimus usque ad umbilicum.

Sed eo loco intelligendus est voluminis terminus, qui cum volumen explicatur, in fine omnino est:
cum vero idem obvolvitur in spiram collectum, medium tenet locum. Se denim Onirocritæ per um-
bilicum dubio procul patriam intelligunt, unde scilicet educationis auspicia suscipiuntur, & per ea
quæ umbilico accidunt in somniis videri visa, de patria vaticinari solent.

MEDIUM. CAP. XXXVII

Hominis
medius
quid.

Videtur vero patria unicuique homini orbis medium esse, cum ab eo loco, ubi quisque lucem au-
spicatus est, & terrarum situm, & mundi spatia metiri incipiat, & quoquo versum iter atripuerit,
patriam semper quasi centrum statuatur. Sed apertissime Cicero Umbilicum pro Medio ponit osten-
dit in Verrem a citione vi. *Et nuptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant ex Enneptam ut-
more, qui locus, quod in media est insula situs, Umbilicus Sicilia nominatur.* In homine quoque umbilicus
medio totius corporis loco constituitur, sive circumulum circumduxeris lacertis manibusque exporre-
ctis, sive ad quadræ figuram factum eum imagineris: quamquam de medio hominis diversa est &
Vitruvii & Varronis opinio: hic enim inguem in homine masculino medium agnoscit, umbilicum
ille. Apud Martialem medios lambere comperias, quod ad Varronis sententiam accedit: nam femi-
næ inguem esse medium, idem quoque Vitruvius constitetur.

FINIS. CAP. XXXVIII.

Umbilicus
in libro
quid sit.

Cum autem & finem significet umbilicus, ostendendum quid umbilicus in libro sit, de libro enim
loquitur Martialis, cum se pervenisse dicit ad umbilicum usque, uti paulo ante dicebamus. In
quo quidem multi hallucinantur, dum alii umbilicos esse putant, defenacula ea ænea quibus libro-
rum anguli ornantur simul & muniuntur: quandoquidem cornua etiam eodem errore vocari cre-
diderint à Poëtis, præcipue vero bullam in libro medio affixam. Alii signa esse quædam arbitrantur,
quibus antiqui librorum fines concludere soliti essent. Ideoque Porphyriorem citant, qui ad umbilic-
cum, ad finem interpretetur, apud Horatium.

— Deus deus nam me vetat
Inceptum celeres promissum carmen jambos
Ad umbilicum ducere.

Alii clavos ad similitudinem bullæ, qui pro ornamento affigi soleant tabulis quibus libri congluti-
nantur, intelligunt. Alii, ut ex errore uno in alium trahantur, rati se aperte rem indicasse, locum Ci-
ceronis ex tertio de Oratore citant: *Sed tum ita solet narrare Scævola, conchas eos umbilicos ad Capi-
tum & Lucrinum legere consuisse: ibi per Umbilicos, lapillos intelligunt lotos & politos, ita enim scri-
ptis prodidere, cum hæ buccinorum quorundam testulæ sint, quæ turbinatim convolvuntur, in sa-
pigium acuminatæ umbilici forma, qui ex lapide olim fieri consuevit, ad umbilici nostri similitudi-
nem.* Ut vero & Martialem & Horatium idem dicentes, neque non Catullum & Ovidium etiam
intelligamus, qui umbilicum hunc eodem omnes significato posuere, sciendum libros olim fieri
solitos ductu plurimum perpetuo, una quippe pagina, non ut nos, illis dissectis, & in quaterniones
quos dicimus consertis: & quia complicabantur ad instar spiræ convoluti, inde Volumina dicta sunt
à volvendo. In extrema autem pagina firmitudinis ergo parvus admodum bacillus, ex cedro quip-
pe, aut buxo, cupressove, vel ex ebano, vel ex ebore adglutinabatur, ad latitudinis modum, qua
membrana præcisa erat, hunc Umbilicum appellabant, cujus quidem capita volumine complicato
hinc & inde prostant: solebantque ea ex argento, vel etiamnum gemmis ad ornatum præmu-
niri, atque ea sunt quæ Cornua nonnulli vocitarunt, ut Ovidius ad librum Epistola Tristium
prima:

Candida, nec nigra cornua fronte gerat

hoc

A hoc est, neque ebone, neque argento, aut nitida ulla gemma umbilici præmuniantur, cujus facies atrata luctum præ se ferat Martialis xi.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum.

Sic apud eundem, uti superius dictum, quod & apud Horatium, umbilicus pro Fine ponitur: quia principium libri est, ubi à titulo incipit explicari: finis, ubi tota revoluta pagina perventum est ad umbilicum. Hujus ego generis volumina multa vidi, eaque vetustissima, alia ex membranis, alia ex Nilotica papyro, alia Græcis, alia Hebraicis, alia etiam Arabicis literis perscripta. Non præteribo papyracea illa monumenta, quæ in arcis Æliæ thesauris Romæ asservantur, in quibus archetypa est Constantini Imperatoris donatio, papyraceum esse textum, glutine quodam delibutum, mox aut aprina sana, vel vitro exæquatam ac perpolitum, ut & scripturæ patiens fuerit, neque ulla calamum asperitate offenderit, miro quippe lavore complatum.

CASTIMONIA ET CONCUPISCENTIA.

CAP. XXXIV.

B Excisus umbilicus apud Divinarum literarum Interpretes castimoniam significat: eo enim modo, *Umbilici amputatio quid in feminis.* quo præcisum præputium Circumcisionis illius est signum, qua libidinem atq; nequitiam à corde refecare debemus, ita in feminis umbilici amputatio castimoniam indicat; virtus enim ejus in umbilico est. Hinc de profanatis prostitutisq; Hierosolymis Ezechiel ita lamentatur, *In qua die nata es, non est excisus umbilicus tuus, vulva igitur matris adhærescit*: hoc est, nihil quicquam ab originatione separatur, sed patriæ coalita est, & applicita mollitudini, ut minimè mox mirum sit eam, quæ omnia subsequuntur, turpia perpetrare. Nam quod ex Jobe dicebamus, *virtus ejus est in umbilico*, sub umbilico ventris legere videtur Eucherius ut per hoc feminæ significet genitalia, sicut in viro lumbos dicimus. Nam umbilicus dubio procul est concupiscentiæ signum.

DE VENTRE. CAP. XL

C Am Venter quoque sua continet hieroglyphica, eaque ab umbilico, de quo nunc diebamus, non admodum aliena, quare nusquam de eo, quam post umbilicum, possumus commodius meminisse.

PRINCIPIUM. CAP. XLII.

Absolutum perfectumque opus significat, uti diximus, umbilicus. Contra venter in sacris præcipue literis nunc principii, nunc originis indicium est cum scilicet quis vel à nativitate, vel ab eo quo sapere cœpit tempore, factum inceptumve aliquid ostendere voluerit, ex utero, ventre dicet. Ita Jobes: *Si non ex ventre matris meæ dux illis fui*: de misericordia loquens, qua pauperes ab æ-

MARE. CAP. XLII.

DIN Serapis descriptione figurave, de qua plenius alibi, *γαση ἢ ἰαλασσα* legitur, venter quippe *mare est*: & uti superius notavimus, Hippocrates decumbentem quempiam, qui mare conturbatum in somniis sibi sit videre visus, morbo eum ventris tentari conjicit, similitudine puto à mari sumpta: quod veluti flumina fontesq; omnes in se recipit, ita venter omnia consumat.

INSATIABILITAS. CAP. XLIII.

Unde Poëtæ ventrem pro gænea, & insatiabilitate variationeq; parasitica ponunt, ut apud Hora-

Lib. 1. ep. 15
tium in Epistolis:

Quicquid quæsiert ventri donabat avaro.

Sed ibi apertius:

*Scilicet ut ventres lamna candente nepotum
Diceret urendos.*

Tii. 1. 12. Epimenidis in Cretenſes objurgationem Paulus Apoſtolus repetit, qui *γαστέρας δε γυός, ventres quippe ignavos* eos appellat. Verſus vero ille ita in codicibus aliquot antiquis habetur:

In guſtoſos
dicitoria
quedam.
Alii, ἄν-
εία.

Κεῖντες αἰεὶ ψευδῶν, καὶ ἀνέγδοα, γαστέρας δε γυός,

Semper mendaces Creces, commercia peſſima, ventres ignavi. Jam & *Vivite ventres*, Lucilius dicit. Et quod apud Terentium legitur, *Pugnos in ventrem ingeri*, Donatus de toto paraſito ventrem intelligi poſſe dicit. Apud Suidam, & in aliis proverbiorum colleſtaneis paraſiti cujuſdam reſponſum habetur, qui ventris opprobrium obiectum ſibi ita reſellit, ut probrum id omnium pulcherrimum exiſtima- re ſe dicat: præſtare enim eo ventrem aliis rebus, quod plenus, levis agiliſq; ſit, atque ſtrenuus: inanis vero, gravis, & inutilis. De adipali ſane lautitia geneaſq; verbum apud Græcos *γαστέρας*. In Divinis literis Pſal. xvii. *Impletum ventrem legas*, pro inſatiabilitate atq; ingluvie. Quique gula & nequitia imperandum præcipit Philoſophus, *Ventri*, uti ſuperius dictum, *ſemper mandum*, & *hic qui ſibi ventre ſunt*, inquit. Sane quidem Ægyptii mortuorum ventres eximere, & in Sole diſcindere ſoliti ſunt, ut qui ſclerum omnium cauſa eſſent, atq; ita vel expiarent, veluti de impulſore pœnas ſumere viderentur. Verum hæc plerique dictu quidem ſpecioſa dicent, non tamen imitanda ſibi proponent.

Plutarch. &
A. Gellius
Venter non
habet au-
res.

lepidumq; orationis Catonianæ principium in diſſuadenda lege Agraria ita exordientis obſcient: *Arduum eſſe ad ventrem verba facere, qui careat auribus*: nam & in hanc ſententiam Græcum eſt pro- verbium, *γαστέρας οὐκ ἔχει ἄντρα*.

HUMANA DELICTA. CAP. XLIV.

Sane ventres, Levitico, modo aqua eluendi, modo extra caſtra exportandi, apto admodum hieroglyphico, reatus, maculas quippe noſtras indicant: quia *Fimus* in Divinis literis pro delictis accipitur: ea vero vel corrigi poſſunt, atq; ideo elui, vel expiabilia ſunt, eaque procul deportanda, ne contagione ulla pars, quæ ſyncera eſt, contaminetur. Qui vero Deo venter in Divinis literis attribuitur, ſecretam ſubſtantia ejus originem indicant: unde illud in Pſalmo, *Ex utero, ante lucem genui te*. Significet alibi judicia ejus incomprehenſibilia, diceret Eucherius, quæ rimari nulli datum eſt, de quo Jobes: *De cujuſ utero egreſſa eſt glacies, & gelu de celo quis genuit?* Idem Eucherius, quod apud Abacunta legitur, *venter meus turbatus eſt in me*, interpretatur, ut per ventrem hieroglyphicè rationis vas & receptaculum intelligat. Apud Hieremiam, ubi, *Ventrem meum doleo*, pro *Mente* accipit. Quod autem de ſpirituali, non de corporeo loqueretur, indicium eſt quod ſequitur, *Senſus cordis mei conturbati ſunt*. Manifeſtè autem in Evangelio: *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aqua viva*. Contra vero de ventriloquis invenias in iſdem Divinis literis: nam ibi in Levit. legitur: *Ne declines ad magos? Septuaginta reddidere: Ne ſequimini ad ventriloquos*. per hos Theologi falſos Prophetas intelligunt, qui Deum profeſſi, à Deo aliena quæque docent, falſasque doctrinas & Prophetas comminiſcuntur: contra quos dixerit Ezechiel, *Vae Prophetis inſipientibus, qui Spiritum non divinum, ſed ſuum ſequuntur. Maxima eſt enim omnino*, inquit Heſychius, *diabolici erroris & fraudis ſpecies, ventriloquorum inventum, & quæ multa ſuper hoc exequitur*.

Pſalm. 110.
Job. cap. 38.
Abac. cap. 3.
Hier. cap. 4.

Job. av. 7.
Levit. 19.

Cap. 17.

DE PELLE. CAP. XLV

Trahit ad ſe venter pellem, quam propemodum ſimilitudine, qua ſuper in Divinis literis aliquot invenias hieroglyphica, cujuſmodi ſunt hæc.

VEXATIO. CAP. XLVI.

Pelles hieroglyphicè in ſacris literis vexationes ſunt, quæ hominem ad mortem uſque commacerant, imbecillumque reddunt: diſtractæ enim illæ in uſus varios, in vaſa, in opera multa, patienti probata, laudem à Domino conſequentur. Nam, ut Paulus ait, *aſſiſſio patientiam generat, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes virtutis firmamentum, & inconcuſſam in operibus boni ſtabilitatem*.

Rom. 5.

MORS.

A Sunt qui locum ex Genesi, *Et fecit eis tunicas pelliceas*, eo interpretentur hieroglyphico, ut mortalitate convellitos esse eos intelligi velint. Nam cutis omnino eos indicat, qui folis exterioribus intenti, interius emarcescunt. Apud Plutarchum libro de Iside & Osiride tympanum humanam sapit naturam, atque ideo mortalitatis hieroglyphicum est. Conficitur vero tympanum ex pelle, plana, Tympanum latoque circulo circumducta.

SCORTA. CAP. XLVIII.

Invenies & pro Meretrice pelles positas Levit 15. *Vestem & pellem quam habuerit, lavabit aqua*, quem locum citat Hierosolymitanus Hefychyus, sententiæ hujus interpres. Jam & apud Romanos meretrices Scorta dicuntur, à scortis pellibus, quibus pro strato utebantur. Idem pellem pro Divitiis poni dicit, & pro cognatione alicubi.

CASTRA VEL BELLICUS APPARATUS.

CAP. XLIX.

B Lio significato pellis pro tentorio & castris ipsis ponitur: propterea quod vetusti moris fuit, tentoria ex confutis pellibus conficere. In Abacuntis cantico: *Pro iniquitate vidi tentoria. Ethio. Abac. c. 3. pis, turbabuntur pelles terra Madian, hoc est, Madianitarum castra vertentur in fugam, & dissipabuntur.*

JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM

LIBER XXXV.

DE IIS QUÆ PER MANUS ET PEDES SIGNIFICANTUR

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD JOAN. MANARDUM FERRARIENSEM.

Solima quidem ingenii amenitas tui, nunq, admodum eruditio, judiciumq, in omni disciplina-
rum genere exactissimum acerrimumq, quibus te pradium superiorib, diebus animadverti, cum
apud Caelium Caleagninum cœnaremus, effecere, ut doctissima illius cœna numquam immemor sim
evasurus. Sed quoniam parum est gratum animi affectum in corde tacitum fovere, nisi ubi facul-
tas datur, eum palam feceris, & in propatulum exposueris: cum nihil mihi commodius nunc ad meum
erga te amorem explicandum occurrat, quam earum rerum commentarium, de quibus plurimus ea cœna
sermo fuit, id quam primum ad te curavi transmittendum: tibi enim tu per abditissima Philosophorum ar-
cana Medicorumq, sapientiam ingressus, nihil obscurum reliquisti, quod super pulsus, venis & arteriis quæri
posset, quamq, necessarium esset, Medici non modo cor, verum etiam manus ipsas eruditas esse, manifestissi-
me docuisti: frustra enim esse mentis disciplinam, & scientiam, nisi eam manus opere factis comprobarent.
Cumque medicamina plurima, quæ manibus tuis ipsemet confecerat recensuisses, opportune Vincentius Ca-
pillus conviva noster lepidissimus acclamavit, Manardum te deniq, esse à manuum ardore divinitus ap-
pellatum: itaque tunc manum Caelius, & alii, qui accumbebant omnes, suis quisque laudationibus in cœ-
lum extulere. Ego vero aliam ingressus semitam, nihil à re, quæ præ manibus erit, abscedens, eadem hæc,
quæ nunc descripta ad te legenda misi, ad verbum propemodum manu super declamavi: quæ quidem si
legenti tantum placuerint, quantum audienti probari videbantur, minime putabo me oleum & operam
perdidisse sperans scilicet inde aliquid futurum, quod in vitam hanc ex literis amicitiam apud posteros fa-
ciat